

Ye  
5298

UT  
**MAGNIFICUS ET AMPLISSIMUS  
SENATUS,**

NEC NON  
SUMME ET PLURIMUM REVERENDI VĒRBI DIVINI AD-  
MINISTRI, VIRI IURIS CONSULTISSIMI, EXPERIEN-  
TISSIMI ET CLARISSIMI,

PATRONI, FAUTORES ET AMICI

**A C T U I  
VALEDICTORIO,**

TRIGÆ JUVENUM OPTIMÆ ET EXIMIÆ,  
NIMIRUM

JULII FRIDERICI DANIEL RICHTERI,  
EPHRAIM GOTTLIEB GUTSCHII,

SEYFFHENNERSDORF. LUSAT.

CAROLI TRAUGOTT BRÜCKNERI,

MEGALO - HENNERSDORF. LUSAT.

DIE MARTIS,  
KAL. MAI. MDCCCLXX.  
HOR. IX. MATUT  
BENEVOLE INTERESSE VELINT,  
OFFICIOSE ET QUAM HUMANISSIME ROGAT,  
SIMULQUE EXPOSIT,  
QVOD

COMMODA ET SUAVIS MUSARUM COMMO-  
RATIO

ZITTAUIÆ SIT,  
ADAM DANIEL RICHTERUS,  
Gymnas. Direct.

ZITTAUIÆ, LITTERIS KÜHNII, 1770.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



**O**pportunitas multis in rebus sepe est necessaria. Nam et operis progressio cum rebus circumstantibus, et res circumstantes cum opere suscipiendo comparari solent, Quoniam igitur longa vita ususque rerum homines docunt, praesertim in rebus gravis in omnibus, non solum ex multis ea oportere eligere, que sola caput et rerum sumnam constituant, sed etiam circumspicere ex his ipsis, si qua opportunitas loci cum rebus ipsis conspirare debeat, propterea et ego Musis commydam et suavem cominationem non ubivis esse puto, quo accedere jussae sunt, nec ilian urbem statim Athenas appellare audeo, que Atheneum suum aperuit, in quo addidissent et sudant magistri atque doctores satis erudit, vel etiam sapientissimi. Demonstrabo ergo, que ubs, quibus Musis opus habet, rebus circumstantibus indiget, eam nunquam esse Musarum comminodam cominationem, ne tum quidem, cum etiam id, quod suavem istam efficiat, non quidem desit. Ejus autem generis hec sunt, que ad vite usum pertinent, nec non sanitas et conveniens Musis aptiolum cum tranquilla securitate. De multis autem oppidis et urbis, in quibus terram mundinam habent, audiuisse video, non rebus solum ad vitam necessariis grave pretium, sed etiam non sufficere multos optimos, divites et beneficos cives ibi esse, qui, quem haec inter eos, cui studiis operantur, di ferentia sit, ut quidam divites, plurimi mediocriter ab opibus instruti, multi vero admodum pauperes sint, vicimus Musis pauperibus satis liberaliter porrigit. Hece igitur omnium prima sunt, de quibus maximam partem Musis cogitant, communis quidem, sed multa et varia. Illud autem, ut Musi in urbe habitent, que studiose Juventutis ad conservandam praeferantur valetudinem singulari ratione conducat, ut mentem sanam in corpore sano habent, deinde rursus precipuum et summum est. Quum autem non quevis loca etiopida salubriori sub coeli temperamento posita sunt, propterea multa Schola, multa Gymnasia et multa Academie etiam non fere optimi loci opportunitate gaudent, quatenus autem quedam gaudent, nihil illis esse cum frequentius tum gratius satis vident, qui in rebus Musarum quicquam videant. Id quod utrum venit in urbis, ubi horti, prata, pradia suburbana, vel etiam montes in vicinia adjacent, in quibus delectantur juvenes studiose ambulando videndove agri et hortorum cultionem, qua quidem amioentate severa et graves doctrinae omnino sublevari volunt. Deinde Musi illud etiam non patiuntur, ut aliorum strepitum dulce suum otium inquietando obturbent. Neque tamen celum modo, lapides et foliudine, sed homines et incolas urbis amant, quorum fidès et integritas, ut sui commodi causa juvenibus haud noceant, maxime propria est, immo quārum pietas, virtus et humanitas in vita communis cernitur, ut Musis inter illos usus commodus et suavis possit intercedere. Eiusmodi enim urbes oportet etiam civibus abundare, quorum multi ipsi non philosophia soli, sed etiam litteris praeceilunt, aliis autem profus omnis elegansior vita exemplo juvenitatem studiose augere possunt, ut itaque hoc in utroque genere civium magnum adjumentum studiose Juventutis constituum sit, nimur ob estimationem, qua artes et scientiae ibi esse solent. Sed tex tota haec opportunity locorum, ubi Musis convenienter libi vivere datum est, tamen illud est praecepta canifl. atione dignum, quod Magistratus libertatem Musi suam, que in quolibet ordine hominum immunita injuria et impedimentum est, justam judicent et patrocinium Musarum suscipiant. Que igitur omnia qua sapientissimus quisque doctrinae utilia semper putavit, idecirco cominationem Musarum comminodam et suavem Zittaviae esse satis affirmare, praesens quidem expostam.

Primum enim omnia, que ad vitam et victim pertinent, Zittavia non magno emuntur prelio. Ager enim circumpositus non solum opimus et fertilius largus fructus et fruges gignit, sed supportant etiam ex Bohemia fructus et fruges cum aliis multis cibaris. Cives vero maximam partem in pauperes Musas liberales et eti. et beneficos nemo neget, nisi iniquis aliquis, et sexagesimi hodie evincunt, quam pulchre et liberaliter sue paupertati inter Musas Zittavienses ac civibus olim suppeditatum sit. Non enim Deos heredes nominio, cum quibus, ut cognitum est, nulliboniis vivere licet, nec Chorum musicum, qui etiam in quavis schola ad cursum vite inter Musas beatius expellendum modo ex parte sua facit. Corporis deinde sanitati aer crassus Zittavia non offendit, sed celum tenue purumque, frigoris et caloris temperies salubris et aquarum limpidissima puritas ita inserviunt studiose Juventutis nostra in firma corporis affectione obtinenda, ut dubitem, an ullus locus in universa Lusatia pro salubriore haberet queat. Cum vero etiam tanta vis delectationis in ambulando prodeambulando sit, ut ea corporis vires firmet atque augere, quantum ejus vim in studiose juventute inter severas doctrinas vitam fedentiam et otiosam agentes Zittaviae esse putas, qui novaris, Zittaviam lenibus fluminum praterlabentum lufurris, grata grammin in pratis luxurie, agris semine et culmo gravidatis, pomarius etiam et hortis vehementer multis, immo sylva quasi & densa corona hortorum redimitam, et intra urbem ipsam plurimi domibus ipsis hortulum adjectum esse? Taceo, utno longus sim, ex ipsis senectis poestis auditorii majoris in Gymnasio prospectum pulcherrimum hortorum esse, quo Musi vel in doctrina ipsa delectari solent. Et cum solitaria Musis atque in otio sine strepitu, (qui quidem Zittaviae profus non multus, Gymnasium autem ipsum ab omni strepitu urbis remotum, et in loco quietis et tranquillitatis iuxta

tempulum maius D. Johannis positum est,) vitam agentibus suavis et honesta cum aliis communitas quandoque necessaria sit, eoque magis, quod, si hominum cœtus et celebrations non habebunt, rusticitas vel tamen timiditas, quedam obtinebit, et juvenes studiosi, quibus commercio hominum, urbanorum præfert, et sua modestia maxime florentium, ut vetitum est, multis fauoribus adfuerint in vita communi infelicitatis: tum nulla civitas pulchrior est, quam Zittavia, qua probos habet cives, jucundos, affabiles, urbanos, officiosos, unde illorum consuetudo et congregatio studiose iuventuti nostrae non potest non suavis et utilis esse. Reliquum haud necesse est, ut de dignitate Zittaviae, que omnino insignis est, de eruditissimis hominibus, quibus urbs affluit, deque mercatura et fabricis cum mercatoribus ipsis dicam, quorum quantum numerum Zittavia alat, quis est, qui nescit? Declaratur autem his omnibus opinatio et suspicio, quod Musiscum bene sit, tum honor quoque suis Zittaviae servari solet. *Patres tandem Conscriptor* Zittavia habet summo preditos Magistratus, quorum administrandi rem publicam scientiæ ratio prudens, temperata, fortis et justa est, ut Musis ad tantorum virorum regimen et dictum se applicare suave, et sub justo et moderato imperio temperanter vivere datum sit.

Ejusmodi igitur, credo, res, cum ita se habeant, in comprobationem sententiae nostræ, quod commoda et suavis commoratio Musarum Zittavia sit, sufficere, nisi aliqua causa aut consilium, quod ipsis propositum fuit, ut in partes abeant, iniquos aliquos abarceat. Restat nunc, ut doctrinam nostram disciplinamque his omnibus adponem. Sed quia nostra expositio talis est, ut non, quæ dici possunt, explicemus, nullibi longiores, quam ut consulatur utilitatibus discentium, & nostra disciplina ipsis idem ipsa est, quæ obtineret debet in Gymnasii, quæ inter Grammaticas Scholas & Academias veluti mediae Schole constituta sunt, propterea usitatas passim in ejusmodi institutis prædicationibus ampullas ego quidem fejungo.

Præter degmata autem fidei et morum, quibus vera sinceraque de Deo et rebus divinis doctrina & vera virtus, virtutisque amor juvenum animis infillatur, et quæ omnino in Scholis semper primum locum occupant et præcipua sunt, præter Logicam, Artem Rhetoricam, Exercitationem declamandi, Historiam Universalem, Historiam literariam, Exercitationes Styli et Poësis, nec non Gracias et Hebraicas Lectiones, publice in Clafe prima explicantur Cicero de officiis, Cicero de Natura Deorum, Ciceronis Orationes selectæ, Curtius, Suetonius, Virgilius, Horatius, Ovidius, et cæt. In privatis suis lectionibus Director tractat Plini Epistolas, Suetonium, Livium, et Vellejœ Paterculo et Faflis Ovidianis non ita diu finitis, Florum in præsentî et Juvenalis Satyris, in Græcis autem Novum Testamentum et Xenophontem, et in Hebreis ex divinis Veteri Testimoniis Pandectis jam Carmina Davidis. Præterea opera nostra in Historia Patriæ, puta Historiam Saxoniam & Lusatiam, in præceptis Physicis et in Historia Naturæ publice confit, Antiquitates Romanas, Exercitationes disputandi, & quæ alia vel ad antiquiores vel ad altiores litteras in Gymnasio attinent, etiam non desiderati patimur. Immo, præter operam nostram non infrequentem vocum nostrarum nec non rerum modernarum, quas subficio aut tumultario studio colimus, privatissima etiam Collegia, si desiderantur, dilectipulis nostris semper faciliunt, ut inde vir adpateat, quid in bonitate doctrinæ Gymnasi Zittaviensis legitimate vituperari possit. In disciplina autem illud maxime spectamus, ut occasio peccandi vtetur, utque nostri discipuli, licet semper plurimi &c. dum hæc scribo, plus sexaginta undique, nominatim autem ex utraque Lusatia, Saxonia Electorali, Misnia, Silesia, Transylvania confluentes in prima Clafe sint, semper tamen sub diligenti inspectione verificantur & quibuslibet consilio leite adhibitus, in suo officio susque in cancellis continentur.

Sunt quoque Magistri publici, qui, a *Magnifico Senatu* publica autoritate ad suam doctrinam constituti, quotidie certi horis, publice, & quidem gratuito docent, Mathematicam numerum Magister CHRISTIANUS FRÜHAUF, Gymnasi Subrector præclarè meritus, lingvam Gallicam MAYERUS, Artem ad modos Musicos scire et decenter corpus mouendi saltandumque IOH. CHRISTIANUS GOTTLÖB BACHMANNUS, pingendi autem Artem CHRISTIANUS ERNESTUS BENNEWITZ. Qua quidem utilissima rerum institutione Gymnasiū Zittaviensem multis aliis antecedit et magnam omnino, & quasi eminentem quandam prærogativam habet.

Hæc lastenus. Quoniam vero omnis utilitas Musarum & tota salus Gymnasi post Deum a providentia, cura & sollicitudine *Magnifici Senatus* generat impendet, unde & nostra ipsa salus pendet, pietate omnino insuiciari peccatum imbutum illi discipuli habere videntur, qui ante in medium prodire cupiunt, quam ad altiora abeant, hac sua pietate quidem induci; ut pro beneficio doctrinæ, quo ut illud fuit, *Magnifici Senatus*, nec non pro benefactis Patronis & beneficitoribus suis, Praeceptoribus autem pro opera ipsa doctrinæ publice tantam gratiam, quantum maximum concipere possunt, agant & habeant, bona cuncta omnibus exoptent & urbem florere jubent. Produbunt autem in præsenti, ut dilectissus fuos in Academiam Lipsiensem jam solemnes faciant, & declarabunt, quod officium exigit pietatis suum, tres *Juvenes optimi, ingenio autem præclaro eximi*. Primus horum est meus filius,

Fr. Ye 3298

X3370872

I. *Julius Fredericus Daniel Richterus*, qui Lipsie in posterum sacris litteris operatus, Mæcenatis & Patronis se compiendare studebit Zittaviamque nostram dilectissimam florere iubebit, *Oratione prius habita latina de Impedimentis scientiarum apud Romanos Antiquos*. Hic ab infancia statim ita semper edoctus et effuet factus est, ut in vita omni præter alia omnia magnopere experitandam esse putet pietatem, virtutem, honestatem. Aversabitur ergo genus hominum, qui de Deo ac divinis rebus perverse sentiunt vel etiam dicunt, virtutem relinquent, et omnem honestatem confidenter et nimis callide impugnant. Imo, te ipsum, mihi Fili charissime, alloquor: facit in posterum etiam prima tibi cura pietatis sit, ne unquam intermitte piæ preces, in quibus cum Deo solo solus colloquaris, & ejus gratiam tibi exores. Quia autem a pueritia non tuam diligentiam unquam desiderari passus es, eam nunc bonum custodiri de futuro habeo, & omnino ominor, certissime fore, ut Deo auxiliante antiquum obtineas. Esto autem tua industria semper diurna, quia, ut bene noveris, omnes semper culpandi sunt, qui nocturna industria proficiere student, & sic valeritudinem tuam periculo exponunt, nimis vigilii ipsi fibi immunitas corporis vires accelerant. In amicitiam neminem adscrive, nisi tales, qualem te ut homines ex illis cognoscant ipse voles, quorum pietas scilicet sincera, modestia autem & diligentia satis tibi perfecta est. Reliquum optimæ quæque de te spero, & precor, ut Deus te saluum semper & incolunem servet & tueatur, & sic largissimos fructus benedictionis nostra sentias semper & percipias.

II. *Ephraim Gottlieb Gutschius*, Seyß-Hennersdorf, Lusat. *Oratione prius habita latina de progressibus felicissimi Artium apud Romanos antiquos*, valere jubaribz urbem Zittaviam, ut Lipsie in posterum Iurisprudentia vacare queat. Hic pulchro & ad artes præteritum pulchras idoneo ingenio a natura instruatus est, & post octo annos nostro Gymnasio traditus omnem operam suam in hoc suo ingenio excelendo adhibuit. Quoniam autem patrem nuper morte præmatura amisi, & sic omnibus fere opibus se desitutus vider, ego opto & multum precor, ut Patroni hunc juvenem bonum beneficium suis sublevare velint.

III. *Carolus Traugott Brücknerus*, Megalo-Hennersdorf, Lusat. Juvenis laudatissimus, qui per tres annos noster fuit, & in exercitationibus nostris Rhetoricae publicis iterata vice multum accommodatus est. Nunc Lipsiam petit eo animo, ut doctus aliquando sacerdos iusticia evadat. Ego huic Juveni laudatissimo felicissimos successus & cuncta bona appreco. Vale Patronis, Preceptoribus & Ciribus suum dicer *Oratione prius habita latina de salute reipublicæ, quæ cum flore scientiarum & artium connexa est*.

His Discendentibus fausta quævis suis commilitonumque nominibus acclamabunt

I. *Traugott Daniel Richterus*,  
Filius meus natu minor, Orat, Latin,

II. *Samuel Gottfried Jünterus*,  
Seyfersch. Silef. Carm. Latin.

III. *Immanuel Benjamin Gottlieb Kretschmarus*,  
Megal. - Boritich. Carm. German.

*Carmina Musica*, que Actum antecedunt, modulationi vocum & com modulationi fidium & tibiarum *Samuel Gottfried Jünterus*, ea autem, in quibus Epilogus est, ipse Candidatus Academiae, qui valedicet, *Ephraim Gottlieb Gutschius* accommodavit.

Rogo nunc ac oro omni pietate & omni observantia cultu, quo par est, ut *Consules Magnifici, Sacri Curie Civitatisque Patres Conscripti, Summe & maxime Reverendi Ecclesie Ministri, Consultissimi, Exponentissimique Doctores*, atque *Onnes* alii Fautores & Amici sua presentia Discendentes Juvenes dignari velint, qui benevolentiam hanc singularem sempiternam celebrabunt memoria, me autem illud ipsum facturum esse spondeo & recipio. P. P. Domin, Misericord, A. R. S. MDCCCLXX.

Ye  
5298

UT  
**MAGNIFICUS ET AMPLISSIMUS  
SENATUS,**

NEC NON

SUMME ET PLURIMUM REVERENDI VERBI DIVINI AD-  
MINISTRI, VIRI IURIS CONSULTISSIMI, EXPERIEN-  
TISSIMI ET CLARISSIMI,

PATRONI, FAUTORES ET AMICI

**ACTUI  
EDICTORIO,**

VENUM OPTIMÆ ET EXIMIAE,

NIMIRUM

HERICI DANIEL RICHTERI,  
GOTTLIEB GUTSCHII,

EYFFENHENNERSDORF. LUSAT.

CRAUGOTT BRÜCKNERI,

GALO - HENNERSDORF. LUSAT.

DIE MARTIS,

KAL. MAI. MDCCCLXX.

HOR. IX. MATUT

EVOLE INTERESSE VELINT,

ICIOSE ET QUAM HUMANISSIME ROGAT,

SIMULQUE EXPOSIT,

QVOD

ET SUAVIS MUSARUM COMMO-  
RATIO

ZITTAVIAE SIT,  
ADAM DANIEL RICHTERUS,  
Gymnas. Direct.

ZITTAVIAE, LITTERIS KÜHNII, 1770.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Farbkarte #13

Green

Cyan

Blue

Inches

Centimeters

